ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Admont (?), Anfang 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25990
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sic ypocrite q̄ seruiunt deo et mamone sub dupli
ci corde. Math. vi. Non potestis deo seruire et ma
mone. Sed in toto corde meo. s. temporalia totaliter
despiciendo et eterna totaliter desiderando. Cetera de
totalitate cordis. Re. s. Lra. ii. Vsu. ii. Quod
autem et pro quo principaliter deprecatus sit. i. cum reue
rencia maiestatis. adoracione deitatis et im
ploracione bonitatis orauit. declarat cum subdit.
Miserere mei secundum eloquium tuum. i. secundum habundans et mul
tiplex verbum promissionum diuinarum. ut. s. Lra.
vi. Vsu. i. Miserere mei. Ad sciendum quam misericordiam
imploret in hoc loco. Notandum quod misericordia dei distinguitur
secundum effectus gratie et liberalitatis diuine vel inelec
tos et sanctos specialiter. secundum Ecc. ix. Gratia dei et misericordia
in sanctos illius. Et in omnia opera dei generaliter. Ps. Misericordia
domini plena est terra. Sap. xi. Misereris omnium
domine et nichil odisti eorum que fecisti. etc. Misericordia
itaque generaliter alia est iusta. alia iniusta. alia
gratuita. Ad intelligendum istam distinctionem sciendum est quod
misericordia iniusta non est iusta nec gratuita in genere vel
in specie nec quantum ad miserentem nec quantum ad eum cui misere
tur. ut parcere iniquis vel dampnatis vel perniciosis.
quod nullo modo est iustum maxime propter prouidendum com
muni bono et tollendum exemplum de medio. quia
sicut dicit Ambrosius super hunc locum. Facilitas venie in
centiuum tribuit delinquendi. que est frequens et famo
sa auctoritas de ista materia apud iurisperitos.
Misericordia vero iusta sic distinguitur. quia omnis misericordia
iusta est et gratuita. et omnis gratuita est iusta.
diuersis respectibus. s. iusta in genere et gratuita in
specie. Ubi gratia. dare elemosinam est iustum quia
ad hoc obligatur omnis qui potest et qui habet. Luc. xi. Da
te elemosinam. etc. Sed huic vel alteri dare de ter
minate et in specie est gratuitum. quia voluntarium quo ad
personas indifferentes quibus non plus uni quam alteri
obligamur. Unde dicit Ambrosius. quod misericordia est pars iusti
cie generalis. Unde et in iudicio finali disceptacio
et absolucio vel condempnacio erit de operibus misericordie

tamquam de operibus iusticie. ad que omnes obligantur.
Math. xxv. Esuriui et non dedistis mihi manducare.
etc. Ita et intelligendum est quod misericordia dei iusta
est in genere. quia cum deus sit summe misericors sicut
summe bonus iustum est deum misereri. Unde Ambrosius.
Iuste sibi petit misereri secundum verbum dei. quia verbi dei ius
ta est sententia. ut conuersis detur venia si legitime
facta est confessio. Legitima vero iustificacio est
peccatorum humilis confessio. Sed est gratuita in specie quia
voluntaria secundum Ad Rom. xi. Cui vult miseretur
et quem vult indurat. etc. Unde dicit Ambrosius. quod deum do
nare peccata misericordia est et iusticia. sed iusticia dei et
non nostra. Deprecacio autem que est diuine misericordie implo
racio et inuocacio. Alia est humilis et discreta. s. que recog
noscit quod diuina misericordia. licet sit iusta in genere tamen
est gratuita in specie. et licet deo sit condigna nostris tamen
meritis est indebita. Alia vero est presumptuosa
et temeraria que. s. reputat quod diuina misericordia sit
iusta in specie quasi deo necessaria et nostris meritis debi
ta. Propter hoc ergo ut sua deprecacio sit humilis et dis
creta petit sibi misereri secundum eloquium dei. i. secundum gratiam
et iusticiam dei in sacra scriptura promissam et expressam
de qua iusticia dicitur ad Rom. x. Ignorantes dei ius
ticiam et suam volentes constituere iusticie dei non sunt
subiecti et de qua gratia dicitur ad Tytum iii. Vt iusti
ficati gratia gratis gratia ipsius. etc. Videtur autem mis
ericordiam discrete recognoscere et humiliter petere quam ad
illa beneficia diuine misericordie quibus indiget ad recog
nicionem viarum suarum et conuersionem pedum in testimo
nia dei et ad obedienciam et memoriam et disciplinam
eorum que statim in sequentibus versibus proponit et
assumit. de quibus singulis beneficiis et auxiliis
diuine misericordie infra in suis locis dicetur. III.

Cogitaui vias meas et conuerti pedes.

Quod petiuerat dicens in priori versu. Mi
serere mei secundum eloquium tuum. Huius misericordie
primum effectum quasi iam exauditus subiungit dicens.
Cogitaui vias meas. etc. In quo exprimitur